

dicis. Si considerabit suam ægritudinem, & erit temperans, patietur accidentia leuiora: quia cum tollitur materia qualisunque sit, membra etiam ad fluxionem habituata roboretur, tollitur fluxio, vt dicit Auicenna de Podagra.

Cura. Materia igitur tollenda, intercipienda & auertenda: deinde opera danda ut corroborentur membra principaliter mandantia & recipientia, quantum est possibile. Fiant euacuationes consuetæ & vniuersales bis in anno, Vere & Autumno exquisitè, idque continuetur. Nam Galenus de Phlebotomia, dicit se multos ex asthmate & epilepsia liberasse, solis purgationibus vernis temporibus. Post etiam certis interuallis habeat euacuationes suas leuiores familiares: quas etiam si infamare videtur Galenus z. Aphorist. tamen in talibus morbis magnis necessarias & vtiles comprehendimus, & fortasse non id vult Galenus: dicta enim talium virorum diligenter inspicienda, & recte interpretanda sunt. Acceptit heri lenituum ex cassia, dentur modò syrupi ex betonica & oxy- mellite ana 3 j. addatur aquæ destillatæ. Sed quia materia frigida & flegmatica, malim decoctum ex cichorio & endiuia 3 iij. Euacuetur postea cum confectione hamech vel pillulis cocchiis, vel etiā fortioribus, si videatur necesse. Postea bibat aquā thermarum, quæ supplebunt euacuationem, & membra etiam confortabunt. Stillidium si adhibere vult, sit leue, & fiat non nisi bene euacuato corpore, cum masticatoriis, caputpurgiis: non tamen gargarisinis. Pro diversione postea, quia habet fontanellas in vtroq; crure, fieri etiam possunt in bracciis: sed ego magis laudarem, si fient continuò vesicatoria ad verticē capitū, quibus ego multos curauī ab eiusmodi fluxionibus & catarrhis. Pro confortatione membrorum vtar exquisita diæta: abstineat à crudis & fructibus: sumat sæpe saccharum rosat. & theriacam interdū: habeat & pillulas in vsu, quæ assiduè euacuent materiam, in quibus contentus essem hiera & aloë: à fortioribus cauerem, & præcipue ab agarico: dedit enim ventriculum, & auget Huxiones, trahendo à superficie, & circumferentia ad centrum. Vinum bibat album & pauciferum, in quo decocta sint betonica, salvia, & rosmarinus. Cuidam alteri Asthmatico dedit cassiam cum hiera, post syrups de betonica & liquirit, cū decocto enulæ & hysopi. Tertiò purgavit cū cassia & agar. Quartò misit vt biberet therimas Aponianas, & ultimis sex diebus in iisdem nataret. prescrispsit autem vietus rationem & pillulas de hiera cum agarico.

C O N S I L I V M C X X I I I .

In paroxysmo Asthmatico datum anno 1547.
in Ianuario.

S VMP SERAT manè cassiam, & tamen in paroxysmo, qui vesperi semper affligebat, erat: loqui non poterat, æger anhebat, & cum tussi multum expuebat

M O N T A N V S .

Tres esse intentiones dicebat, quaruin prima

Agaricus locut ventre

A est diuersio: eam fieri volebat per clysteria, & quidem eo vesperi dari clyster ex decoctione cōmuni cum vnciis quatuor oxymellis, & vnciis duabus mellis rosati. Secunda, dilatatio pectoris, quā

voluit fieri cum oleo amygdalarum dulcium, id continuò paulatim lambendo: & recitabat historiam de quodam doinestico sui patris, qui semper cum sentiret véturum paroxysimum asthmaticum, bibebat haustū olei simplic. & sanabatur. Tertia, si catarrhus descendat à capite, eum intercipere:

B id se non sentire aiebat, sequenti tamen die pro euacuatione materiæ pituitosæ, voluit, siquidem constaret virtus, exhiberi sequentem bolum.

R. Agarici trochiscati 3 j.s.

Cassiae 3 j.

Misce, fiat bolus. vel

R. Agarici trochiscati 3 ij.

Syrupi violati solutiui 3 iiiij.

Misce, fiat potus. cibus sit ptisana: quo minus nutritur, eo melius. potus oxymel & cū decocto C beton.m.capil.vener. quæ sunt herbæ pectorales.

Monacho cuidam asthmatico.

Ordinato vietu cōuenienti, prout posset, prohibitis piscibus, leguminibus bulbosis, frixis, &c. præscribebat electuarium sic confectum: Accipiat radices enulæ, easque contundat exenptis filis contusioni repugnantibus. Adiicit postea contusæ tantudem laccari, & tantudem terebinth. laricinæ: vtatur manè trib. horis ante prandium, & noctu ante cœnam: præter id semel vel bis in mense vtatur vesperi 3 j.s. Agarici in pillulis, eoquæ serò parcè coenet.

Confectio
ex Enula.

C O N S I L I V M C X X I I I I .

De difficultate aperiendi mandibulam ex catarrho, pro D. Andrea Ponticello dictatum.

S YMPTOMA frequenter afficiens hunc nobilem virum, quod est clausio oris violenta, & mutua dentium insertio, cum aperiendi impotentia, siue sit per contractionem muscularum temporalium, siue ob momentaneam resolutionem inferiorum, qui ad os mandibulæ ascendunt: certum est fieri à materia frigida, vel tenui admodum, vel sub forma vaporum, quæ ad eas partes tanquam debiles à capite violenter exprimitur. Quod materia frigida sit, indicat perseverantia morbi, per-

F ceptio frigiditatis, color extrinsecus, & iuuari murum in modum à calidis. Quod tenuis vel vaporesa, quoniam (vt audio) æger manifestè percipit descensum: quod etiam catarrho laborauerit: quod musculi recipientes debiles sint, ostendit: quod prius in iisdem partibus conuulsionem est passus, & quod tamdiu perseverauerit in huc ipsum locum expulsio. Sed & hæc eadem perseverantia demonstrat nocentum iam per essentiam in capite, licet forte inter initia potuit aliunde habere consensem. Optimum pro salute consul, vt vir nobilissimus primò non prætermittat annuas purgationes, ita vt bis eodem anno repetantur, Autunno inquam & Vere: sintque